





Epistle for the Thirteenth Sunday After Pentecost

L  Ecti-o Epístolæ be-á-ti Pauli Apóstoli ad Gá-latas.


F  RAtres: Abrahæ dictæ sunt promissi-ónes, et sémini e-jus. Non


 di-cit: Et semínibus, quasi in multis; sed quasi in uno: Et sémini tu-o,


 qui est Christus. Hoc autem dico: testaméntum confirmátum a De-o, quæ

 post quadringéntos et tríginta annos facta est lex, non írritum facit ad

 evacu-ándam promissi-ónem. Nam si ex lege herédi-tas, jam non ex pro-

 missi-óne. Abrahæ autem per repromissi-ónem donávit De-us. Quid ígitur

 lex? Propter transgressi-ónes pósi-ta est donec veníret semen, cu-i pro-


 míserat, ordináta per Angelos in manu medi-ató-ris. Medi-átor autem



uní-us non est: De-us autem unus est. Lex ergo advérsus promíssa De-i?



Absit. Si enim data esset lex, quæ posset vivi-ficáre, vere ex lege esset



justí-ti-a. Sed conclúsit Scriptúra ómni-a sub peccáto, ut promíssi-o ex



fide Jesu Christi darétur credéntibus.